Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

mille et decem milia a dextris tuis a
te autem non appropinquabit. ℣. Quoniam
angelis suis deus mandavit de te ut cu
stodiant te in omnibus viis tuis ℣.
In manibus portabunt te ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum ℣.
Super aspidem & basiliscum ambu
labis et conculcabis leonem et dracho
nem. ℣. Quia in me speravit liberabo eum protegam eum quia cognovit
nomen meum. ℣. Invocavit me et ego
exaudiam eum cum ipso sum in tribula
tione ℣. Eripiam eum et glorificabo
eum longitudine dierum adimplebo
eum et ostendam illi salutare meum.
In illo tem. Ductus est iesus
est iesus in deserto a spiritu:
ut tentaretur a diabolo
et cum ieunasset quadraginta
diebus et quadraginta noctibus postea esuriit. et accedens
tentator dixit ei. Si filius
dei es dic ut lapides isti pa
nes fiant: Qui respondens dixit
ei. Scriptum est enim. Non in
solo pane vivit homo sed
in omni verbo quod procedit
de ore dei. Tunc assumpsit eum
diabolus in sanctam civitatem
et statuit eum super pinaculum
templi et dixit ei. Si filius
dei es mitte te deorsum: Scri
ptum est enim. Quia angelis
suis mandavit de te: et in ma
nibus tollent te ne forte offen
das ad lapidem pedem tuum.
Ait illi iesus. Rursum. Scri
ptum est. Non tentabis do
minum deum tuum. Iterum assum
sit eum diabolus in montem
excelsum valde et ostendit illi
omnia regna mundi et gloriam
eius et dixit illi. Hec omnia
tibi dabo si procidens adoraveris
me. Tunc dixit ei iesus.
Vade satanas. Scriptum e
enim. Dominum deum tuum adorab
et illi soli servies. Tunc reli
quit eum diabolus: et ecce an
geli accesserunt et ministrabant
ei. Off. Scapulis suis obum
brabit tibi et sub pennis eius spe
bis scuto circumdabit te veritas eius.
Sacrificium quadra secreti
gesimal' mihi sollemnia p̃ma
tamus te domine deprecantes ut
cum epulas restrinxerit carna
lium a noxiis quoque voluptati
bus tempere. Per. Prefatio. Qui
corporali. Com. Scapul' suis ob
umbrabit tibi et sub pennis eius
spebis scuto circumdabit te veritas
eius. Dpl' Qui nos dne ob
servantie quadragesimalis sa